



rejice, repudia, quia hi citò à fide discedent & inter assecclas Antichristi citò numerabuntur.

32. Quoniam datum est gentibus, utpotè profanatum, obtinebitur, ac possidebitur ab exterminatoribus, ac ministris Antichristi, & civitatem sanctam, Ecclesiam nempe, quam prius vocat templum nunc vocat civitatem sanctam, conculcabunt, non exinguent, nec destruent. sed sacra legis suis pedibus conterent, & magnam ejus partem pessundabunt mensibus quadraginta duobus, hoc est, per tres annos, & dimidium.

QUESTIO V.

Quare atrium, quod est foris, mandat Angelus ejicere foras, & non metiri illud?

33. Hugob. Erbellè notat Cardinalis Hugo quod iusti dicuntur mensurari: Iniqui verò numerari: sic in præfenti mandat Deus Joanni, metire templum Dei, altare, & adorantes in eo, hoc est fideles, & electos Dei: At verò iniqui dicuntur numerari, sic supra c. 9. num. 16. de iniquorum copijs: Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Sic Balthasari ait Daniel. 5. num. 26. Numeravit Deus regnum tuum. Ratio discriminis est, id mensuratur, quod continuum est: numeratur verò illud, quod est discretum, & divisum: Iusti habent inter se multam unionem, & per charitatem sunt unum quid; & ideo tanquam quid continuum mensurantur: At iniqui sunt inter se valde discreti, ac divisi, & ideo tanquam quid devinctum numerantur. Hugo: Quid una est, ait, columba mea, id est, Ecclesia Cantic. 6. Unam dico, quia uni continuata, scilicet Christo, per unum mandatum, scilicet, charitatis: Continuum autem indivisibile actus: est non potentia, propter hoc Ecclesia mensuratur; quia continuum est mensura; quia vero regnum Diaboli divisum est; diversorum autem, & discretorum est numerus, propter hoc regnum Diaboli numeratur. Daniel. 5. Manè techel, phares, id est; regnum tuum numeratum est, appensum, & divisum.

34. Ad quæstionem, Genuina sententia est, quam secutus sum in explicatione. Atrium autem quod est foris, nempe, laxata, ac prophane vitæ Christianos, qui in atrio laicorum commorantur, utpotè à Deo, ac Ecclesia ejus maxime remoti, nec de divinis curant, ne metiantur, utpotè indignos, qui inter electos Dei numerentur, sed ejice foras; hoc est, rejice, repudia, contemne, quia mox hi à fide discedent, & prædæ erunt Antichristo, qui & confederati cum gentibus Ecclesiam meam persequentur: Hanc sententiam expressè tradit Richard. Victorin. Atrium, ait, falsi Christiani sunt, qui videntur consecrati, eò quod, in baptizati: sed pleni sunt cadaveribus, id est, in iis, & pravis operibus, qui quamvis fidelibus sint, si sint nomine, longè tamen ab eis sine adione, non comprehenduntur sub mensura calami, qui non subdantur verbo Dei.

35. Secundò, D. Ambrosius, Pannonius, Primasius, & alii intelligunt Judæos; quia Judæi ob suam incredulitatem, Paganis gentibus essent conjuncti; seu ut subdit D. Ambrosius, Aut ideo dicuntur, gentibus traditi sunt Romanis ne ab eis deleantur. Et in hoc sensu procedunt aliqui codices, ut Varab. Pagnin. Erasim. Atrium quod est foris pro foris legitur intus; erat enim atrium Judæorum foris respectu atrii sacerdotum; & idem erat intus, respectu atrii gentium.

36. Tercio, Andreas Casariensis, Ansbertus, & alii per tale atrium; volunt significari hæreticos, & schismaticos, ac gentiles, de quibus ait Paulus 1. Corinth. 5. num. 12. Quid mihi de his, qui foris sunt judicare? Nonne de his, qui intus, vos judicatis? Sed dices, Hæretici verum Deum colunt, quomodo cum gentibus, ac paganis computandi sunt? quia licet verum Deum colant Hæretici, cum tamen à vera fide recedant, inter paganos computandi, Ansbertus: Quid ait, ejectionem foris atrium, datum gentibus perhibetur, illud intelligi demonstratur, quod est diverso errore Judæi, Hæretici, ac gentiles depereant; tamen omnes infideles, & increduli notantur, & ad numerum incredularum gentium transeunt, qui est diverso modo, sicut, & idola & simulacra colere videntur: Christus veritas est, & qui Christum non colit, mendacium colit.

37. Quarto, Alcazar, per atrium foris, seu externum, intelligit externa bona fidelium, ut divitias, honores, &c. Juber ergo Deus Joanni; talia foras ejicere, & à se amovere, atque relinquare infidelibus, & sibi rapientibus: ipsos autem servos suos, tantum contentus esse vult templo, & altari, bonis scilicet spiritualibus fidei, & charitatis.

38. Pro morali thesi pondera, quod illud pretiosum habetur, quod sub mensura recipitur; quod autem sine mensura obtinetur, pretio dignum non reputatur: Inde ergo mandat Joanni, metiri templum, & intima penetralia ejus, & altaria, cum hæc valde pretiosa sint saluti, propter quam instituta sunt: sed cur simili modo, ac simili mensura, non mandantur atrium externus expendi; nonne atrium illud erat atrium templi ab eodem Architecto cum ipso templo fabricatum? cur non est dignum Apostolica mensura? Rationem insinuat Textus: Atrium quod est foris, & iterum idatum est gentibus. Intima templi, scilicet bona spiritualia, solis fidelibus erant pervia. At atrium externus; scilicet bona temporalia, tam fidelibus quam infidelibus sunt communia; merito ergo excluditur pretio, ac mensura, quod ad temporale, & non spirituale spectat; indeque pessimis hominibus conceditur. D. Gregorius Nyssensis Oratio in 4. Martyres: Unus eis solus metus erat, ne a Christo se jungerentur; unum bonum, esse cum Christo solo; cetera vero omnia, risus, & umbra, nugæque somniorum visis similia.

39. Ad Israëlitas de Abrahami genere, qui de egressu ab Ægypto multum gloriabantur, ait Deus per Amos 9. num. 7. Numquid non in sinu Æthiopiæ vos estis mei? Ait Dominus Non quid non Israël a sumere feci de terra Ægypti: & Palæstinos de Cappadocia & Syros de Cyrene: Israëlitas educi fuerunt de Ægypto, & etiam de

QUESTIO VI

Quare Civitas sancta datur gentibus per menses quadraginta duos ad conculcationem.

Malach. 4. de Cappadocia Paestini educi fuerit, & de Cyrene Syri Quid tunc Deus ab Israël: illi que obicit similem liberationem aliorum populorum? Gloriantur multum Israëlitas de eo, quod adducti fuerint de Ægypto, tantoque beneficio sibi colato maxime erant tumidi, ac elati: ostendit ergo eis Dominus, quàm inanis, & puerilis sit tanta isactantia, quod sit beneficium datum sit Ethnicis, & perfidis hominibus cum sit quoddam temporale beneficium, quod etiam nequissimi hominibus sæpe datur. Noster D. Cyrill Alexand. ibi: Aique, ait, quiddam, & præclarum, & illud vobis videtur, ex Ægypto in aliam regionem transisse. Tum quid hoc? Aut quam vobis utilitatem pariet? Acciperunt à me istud beneficium, & alii: Transiit siquidem alienigenas, hoc est, Palæstinos, de Cappadocia, & Syros omnes traduxi de fovea Cyrene.

40. Genes. 6. num. 2. dicitur: Videntes filii Dei filia hominum, quod esset pulchra. Inter magna natura dona, bona, ac proport onata corporis dispretio, cum elegantia facie, in multa æstimatione habetur: quomodo ergo tanta faciei speciositas filiabus hominum iniquorum concedatur? ne ipsa pulchritudo multum æstimetur? ad filios Dei cum videatur concessa etiam perditissimis personis. Eucher. Amara, ait, illa femina sumi a filiis Dei, propter pulchritudinem, quod bonum Dei quidem donum est, sed propterea largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis.

41. Cum Rex Ezechias graviter ægrotaret, et ab Isaiâ Propheta denuntiatur mors imminens: cumque ille Rex dominum de, recaretur. exaudivit Deus orationem ejus cui latuit a Isaiâs, Dominus Deus audivit orationem meam, & ecce sanavit te, & die tertio ascendes templum Domini: & addam diebus tuis quindecim annis: sed & de manu Regis Assyriorum eruum te. 4. Reg. 20. num. 5. Isai 38. num. 6. Ille verò cum hæc audisset, ait: Quod erit signum, quia ascendam in domum Domini? Isai 38. num. 22. Tria fuerunt Regi oblata scilicet d'urna vita, tranquillitas, & facultas adeundi templum Domini A bono Rege pro nihilo habentur illa omnia, præter unum illud, quod ad Deum spectabat, & inde pro illo solo petit signum: Quod erit signum, quod ascendam in domum Domini. D'urna vita & tranquillitas multum ab hominibus æstimatur: at Pius Rex tanquam pro nihilo talia reputat, quia erant quædam temporalia bona, quæ sæpe ma is hominibus dantur, & idè solum de ascensu in templum, quod ad honorem Dei, & bonum animæ spectabat, & sollicitus. Unde sapienter ait D. Ambrosius. 2. offic. cap. 3. Scriptura virtutem in omnibus rebus statim beatam indicat, quæ neque augetur bonis corporis, vel æternis, neque minuitur adversis, nihilque beatum, nisi quod à peccato alienum sit plenum innocentia, plerumque gratia Dei.

42. Persecutio Antichristi, quæ tanta erit ut pene sola debeat cognosci, & prænotari, & pro cunctis persecutionibus sola computari, quasi cetera persecutiones illi comparare, non sint, aut fuerint.

43. Cum ergo dicitur, mensibus quadraginta duobus; id est tribus annis cum dimidio ut prædixit Daniel cap. 7. num. 25. cum ait: Tradentur in manus, scilicet Antichristi; & sicut ad tempus & tempora, & dimidium temporis, id est per annum, & duos annos, & dimidium.

44. Et dicitur, quod civitas sancta sit conculcanda per tres annos, & dimidium. Ferrarius intel igit, per civitatem sanctam, Hierusalem mater alem, quæ in terris occidit Prophetas: Tamen communis & vera sententia est, quod intelligitur spiritualis Hierusalem, quæ descendit de caelo, ecclesia nempe sancta de qua dicitur, Psalm. 121. Hierusalem, quæ edificatur de 30. & Psalm. 86. Gloriosa deus sum deus, & Psalm. 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis, in civitate Dei nostris, in monte sancto ejus. Et Ecclesiam, quam vers. 1. dixit Dei templum, nunc vocat civitatem sanctam: frequenter res magna magnis, & variis nominibus dicitur, ut illius magnitudo exprimat ac declaratur.

45. Ecclesia quam magis agitur, tantò lucidior, & in sublimi elevabitur. Haymo: Hinc civitatem, ait talis, id est, comprimunt hæretici, pagani, Iudæi & falsi fratres, & tormento, sed sicut silex calcata pedibus hominum eliminari potest, comminui non potest, & tanto magis eliminatur, quanto magis calcatur: ita sancta Ecclesia ex persecutione perfidorum robustior redditur, & luculentior. Unde Apostolus, quando injuriam tunc sortior sum, & posens

42. Persecutio Antichristi, quæ tanta erit, ut pene sola debeat cognosci, & prænotari, & pro cunctis persecutionibus sola computari, quasi cetera persecutiones illi comparare, non sint, aut fuerint.

43. Cum ergo dicitur, mensibus quadraginta duobus; id est tribus annis cum dimidio ut prædixit Daniel cap. 7. num. 25. cum ait: Tradentur in manus, scilicet Antichristi; & sicut ad tempus & tempora, & dimidium temporis, id est per annum, & duos annos, & dimidium.

44. Et dicitur, quod civitas sancta sit conculcanda per tres annos, & dimidium. Ferrarius intel igit, per civitatem sanctam, Hierusalem mater alem, quæ in terris occidit Prophetas: Tamen communis & vera sententia est, quod intelligitur spiritualis Hierusalem, quæ descendit de caelo, ecclesia nempe sancta de qua dicitur, Psalm. 121. Hierusalem, quæ edificatur de 30. & Psalm. 86. Gloriosa deus sum deus, & Psalm. 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis, in civitate Dei nostris, in monte sancto ejus. Et Ecclesiam, quam vers. 1. dixit Dei templum, nunc vocat civitatem sanctam: frequenter res magna magnis, & variis nominibus dicitur, ut illius magnitudo exprimat ac declaratur.

45. Ecclesia quam magis agitur, tantò lucidior, & in sublimi elevabitur. Haymo: Hinc civitatem, ait talis, id est, comprimunt hæretici, pagani, Iudæi & falsi fratres, & tormento, sed sicut silex calcata pedibus hominum eliminari potest, comminui non potest, & tanto magis eliminatur, quanto magis calcatur: ita sancta Ecclesia ex persecutione perfidorum robustior redditur, & luculentior. Unde Apostolus, quando injuriam tunc sortior sum, & posens